

- nescio quibus interrogatus respondeat. 12) f. 231 r. — 335 v. *Zād-el-ibād*, institutio, ab auctore ipso ex arabico turcice versa, de cognitione Dei et Prophetae, de precibus et jejuniis, accedentibus dogmaticis quibusdam de vita futura. Fol. 238 r. auctor recenset libros quibus in suo componendo potissimum usus est, et quos, compendii causa, per literas indicat. Libellus non absolutus videtur. 13) f. 335 v. — 435 v. Continuatio narrationum et traditionum theologiarum sub No. 11.
- No. 265. Cod. arab. foll. 178, in fine mutilus, 8° min., char. neschi scriptus: 1) f. 2 v. — 101 r. Traditiones e *Kithāb-el-mafābīh* excerptae, quae in locos theologicos et juridicos distributae sunt. 2) f. 101 v. — 114 v. Traditiones e *Meschāriq-el-anwār* excerptae, in undecim capita distributae. 3) f. 115 r. — 150 r. Excerpta e *Kithāb-djewāhir-el-bīhār*, de variis locis theologis, decem capitum. Script. abs. A. H. 956 (Chr. 1549). 4) f. 150 v. — 169 r. Traditiones e *Thenbīh-el-ghāfilin* excerptae, in sexaginta locos digestae. 5) f. 169 v. — 178 v. Traditiones propheticae, excerptae ex *ʿOddeth-ʿhyfn-el-ʿhafīn min-keḷām-sejjid-el-murselin*. Cod. scriptus et templo alicui legatus a Muḥammed Ibn-El-Ḥādī-ʿAlī El-Qōrōnī (Coronensi). Vid. subscriptio f. 169 r., et cf. Cod. 273. Praemissa est f. 1 v. et f. 2 r. recensio et definitio undecim generum in quae traditiones dividuntur, cum versiculis in laudem libri *El-mafābīh*, et traditione de praestantia eruditionis et eruditorum.
- 266. Cod. turc. foll. 28, 8° min., char. neschi scriptus: f. 1 v. — 22 v. *Kithābi-futhuweth*, de institutis et ritibus Derwischorum. Cf. Cod. 65. — F. 23 r. — 24 r. docetur, quomodo doctrina ascetica (*futhuweth*) ab Adamo usque per manus tradita ad Muhammedem, ʿAlium, Selmānum et ʿOmarum fil. Chodāi propagata sit, e quibus prior quisque posteriori antistitis et doctoris (pīri-erkāni et scheichi) gradum contulerit. Hinc, f. 24 r. — 28 r., adjungitur Catechismus quidam Derwischorum per quaestiones et responsiones, cum praeceptis ad ritus eorum pertinentibus. Script. abs. A. H. 1081 (Chr. 1670—1).
- No. 267. Cod. pers. foll. 147, 8°, char. nestha'liq scriptus, continens *Gulisthān Sa'dianum*. Exciderunt nonnulla inter foll. 143—4 et 146—7. Cod. abs. A. H. 958 (Chr. 1551).
- 268. Cod. turc. foll. 151, 8°, cujus tres primae partes char. neschi scriptae sunt, quarta nestha'liq: 1) f. 1 v. — 39 r. Tractatus de haereditatibus herciscendis. 2) f. 39 r. — 65 v. *Mesūli-ferāidh*, Quaestiones de eadem re. 3) f. 65 v. — 134 r. Commentarius in tractatum ejusdem argumenti. Script. abs. A. H. 1028 (Chr. 1619). 4) f. 135 v. — 151 r. *Beitar-nāmch* pseudo-aristotelicum, quod idem Codd. 112 et 172 exhibent, quamquam hic quoque lectione multum variante. Script. abs. eod. anno.
- 269. Cod. turc. foll. 261, 8°, char. neschi scriptus: *Kithābi-durri-meknūn*, Liber margaritae reconditae, in 18 capita divisus, in quibus miracula omnipotentiae et sapientiae divinae in hac rerum universitate, item in aliquot historiae sacrae partibus conspicua declarantur. Capitulum recensum vide in praefatione, fol. 7 r. — 8 r. Auctor ibidem profitetur, se hunc librum partim e commentariis coranicis, partim e traditionibus prophetis, partim ex aliis historiae monumentis collegisse. Cod. abs. A. H. 1082 (Chr. 1671—2).
- 270. Cod. arabico-turcicus foll. 183, 8°, in arabicis char. neschi scriptus et vocalibus instructus, in turcicis char. diwani-neschisi vocalibus destituto, utrimque mutilus. Exciderunt etiam nonnulla inter foll. 69—70, 118—9, 162—3. Continet Codex praecationes arabicas a Propheta commendatas, quarum cuique praefixa est introductio turcica de illius origine, usu ac vi. Sola precatio quae sepulcri dicitur (*duāi-qabr*) f. 68 r. prolegomena habet arabica.
- 271. Cod. arabico-turcicus foll. 43, 8°, char. neschi scriptus et vocalibus instructus, continens *Loghathi-Ferischthek-Oghli*. Cf. Cod. 197, No. 2, et Cod. 250.